

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli b
cum uariis

Quis nunc iam desperet aut de humilitate generis aut de magnitudine criminis, cum uideat sic inundasse celestis gratie fontem ut et piscatorem regibus preponeret et persecutorem apostolis coequaret? Ille enim dum pauperiem suam curat, alimenta cotidiani uictus querit in pelago, factus est diues in Christo cui reges et nationes famulantur in seculo. Paulus uero dum urget gladiis sanctorum, fidei suscepit iugum et magister factus est gencium, forma martyrum, formido demonum, indultor criminum, fonsque uirtutum.

Augustinus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

nunc iam] iam nunc P, iam non V¹ V² L¹ L²; ut et] et ut C; sanctorum] sanctos L¹ L²;
suscepit] suscipit L²; Augustinus *om.* P V¹ V² L¹ L²